



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Brevis Et Vtilis Commentarijs In Priorem Epistolam Pauli
ad Corinthios, & in aliquot capita secundæ**

Melanchthon, Philipp

Vitebergæ, 1561

VD16 M 2618

Scitis quod quando gentiles eratis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36296

I. EPISTOLA AD

resurrectione mortuorum. Græca natio de-
lestabatur dono linguarum, & multi in
publico congressu suam eloquentiam o-
stentabant. Inde etiam æmulationes ori-
bantur. Paulus igitur in genere conciona-
tur de usu donorum, & postea addit pra-
cepta de ordine lectionum & interpreta-
tionum, utilia omnibus æstatibus. Imò
forma iudiciorum in Synodis hinc su-
menda est.

οἰδαπε οὐ οὐε εθνε ἡπε.

*Scitis quod quando genti-
les eratis.*

Antequam dicit de singulorum donis
diuersis, primum monet unum com-
mune donum præcipuum in omnibus di-
se oportere, & id præ cæteris donis qua-
rendum esse in singulis, & tuendum, uide-
licet, Spíritum sanctum confitentem Iesum
esse Dominum, sicut & supra dixit, unicum
esse fundamentum, IESVM CHRL
STVM.

Hoc Fundamentum ait necessarium
esse in omnibus, oportere omnes abhor-
rere ab Idolis, & oportere in omnibus ue-

natio de-
multi in-
ntiam o-
nes ore-
conciona-
ddit pra-
erpretat-
Imōt
hinc fa-
entis
um don-
um con-
annibus d-
onis que-
um, vide-
tem Iesum
it, unicum
CHRL
cessarium
es abhor-
nibus ue-
ram Inuocationem Dei, et agnitionem Me-
diatoris esse. Id initio iubet omnes tueri,
ne ruant, sicut antea cum non regerentur
luce Euangeli & Spiritu sancto, ad muta
Idola, quocunq; impellebantur.

Hic igitur multa monet, ostendit hor-
rendam esse coecitatem omnium homi-
num, qui non reguntur luce Euangeli, &
a Spiritu sancto, sicut exempla ostendunt.
Ethnici quotidie nouos cultus excogita-
bant, Athenienses bello Xerxis institue-
runt sacrificia Boreae, & dicebant esse ipsis
amicum, quia olim ex Orithyia genuisset
filios. Meretrices in illa ipsa urbe Corin-
tho pro salute Græciae commune uotum
fecerunt. Deniq; nullus fuit finis talium
furorum. Et similia acciderunt & adhuc
fiunt, ubi curritur ad statuas, & inuocan-
tur mortui & uaria Idola.

Tradit igitur regulam eandem, dupli-
citer faciens Antithesin, quia plerunc; sce-
lus magis cōspici potest: Nemo habens
Spiritum sanctum, dicit Anathema
Iesum. Certissimum est, uel palam male-
dicens filio Dei, uel quoquo modo præ-
bentes significationem contemptus &
odij, non esse membra Ecclesiæ Dei, Et sa-
cile

I. EPISTOLA AD

Iē hæc deprehendi possunt, quia postquam exarsit odium in persecutione, sit ingens & non obscurum incendium. Non du occultat odium Iudas. Nam accedit impulsor Diabolus, sicut scriptum est: Sarnas intravit in cor eius. Statim igitur sunt magni furores, ut in Iuliano, Ario, in horum recentium temporum hisce conspicitur, Cum semel exarsit odium, ingens furor, ut in Eccio, Latomo, Hofmeistero, qui etiam furentes ante mortem suæ desperationis signa ostenderunt. Et Berolini monachus, quem hic multi norunt, inter maledicendum in ipsa concione subito collapsus, statim postea extinxus est.

Vult igitur Apostolus discerni hostem Christi a cæteris, & signum monstrat, quo discerni sine ulla ambiguitate possunt. Et simul moneret, ut tales lapsus uitemus, & horrendæ poenæ cogitatione expauescamus, ne ruamus sicut Iudas, Arius, Lazarus, Hofmeisterus & similes.

Altera pars in Antithesi uidetur obscurior, cum ait: Nemo potest fateni Iesum esse Dominum, nisi in Spiritu sancto. Obiectet enim aliquis innume-

rabilis

tabiles hypocritas, Monachos & similes,
qui etiam uideri uolunt Iesum adorare. Et
ipse alibi inquit: Non omnis qui dicit
mihi Domine Domine, intrabit in
regnum cœlorum. Sed explicatio fa-
ciliis est.

Paulus loquitur de confessione per-
seueranti, & in tota doctrina. Hypocritæ ci-
to deficiunt, et cum reprehenduntur ipso-
rum errores, fiunt acerbissimi hostes Eur-
angelij, ut nunc in Episcopis, Monachis, &
Sacrificulis fieri cernimus. Nec unquam
hypocrisis diu latere potest.

Vt igitur odium aduersus Christum,
& maledicta sunt certissima signa, mentis
impiae & captiuæ Diabolis, ita econtra
Spiritus sancti testimonia sunt, inuocatio
Christi, non fugitans, sed libenter ad eum
accedens, & in eo acquiescens, & amor to-
tius doctrinæ, & studium discendi, & con-
stantia in Confessione. Hæc rectissime
congruunt ad hoc dictum: Si quis diligit
me, sermonem meum seruabit, & pater
meus diligit eum, & ueniemus ad eum, &
mansionem apud eum faciemus. Ac po-
test uniuscuiuscœ conscientia iudicare de
propria inuocatione. Deinde & alijs cer-
nere

I. EPISTOLA AD

nere robur animi in confessione possunt,
multa signa sunt, quibus hypocrisis a
ura fidei discerni potest.

διαρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσι,

Diuisiones donorum sunt.

ANTEA dixit de communī dono, quā
in omnibus ueris membris Ecclesia
esse oportet, scilicet de uera inuocatione
Dei & agnitione filij Dei, & de fugienti
Idolis.

Nunc dicit de alijs donis, quae acci-
dunt in alijs alia. Ut de dono linguarum
de dono sanationis. Et initio præfatur, haec
quocq; dari a Deo, ut sint testimonia Spi-
ritus sancti, & profint Ecclesiæ. Obli-
uentur autem discrimina nominum. Voca-
has dotes *χαρισματα διακονιας & γηγενειας*
γηγενειας sunt, quae immediata
seruiunt aliorum utilitatí, ut sanationes.
Ita sunt *διακονια singularis felicitas in re*
militari aut gubernatione. Ut Samson &
Salomon excelluerunt *διακονια.*

Nomen *γηγενεια* significat ali-
as mirandas effectiones, ut resuscitare mo-
tuos, item uerbo occidere, sicut Pe-
terus